7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-552148-p0001-7

Conv.
Um

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-552148-p0002-2

VII. N. 875.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-552148-p0003-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-552148-p0004-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-552148-p0006-4

13.

I. N. J.

# TRACTATIO
DE
# JURE INTRADÆ,
vulgò
## Einritt/
O. & S.

AHASVERI FRITSCHI,
J. U. D. Com. Pal. Cæſ. Conſil. aul. &
Conſiſt. Schwartzb.

JENÆ.
Sumptibus JOHANNIS Bielcken/ Bibliop.
1671.

XIII.

10.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-552148-p0008-6

## *Ad Lectorem.*

QUæ ſparſim de *jure intradæ* auctores juris publici tradidére, ea horis ſubſecivis à nobis collecta hîc Tibi, Lector benivole exhibentur. Adjecimus quædam ex actis publicis, quæ, cùm ad illuſtrationem hujus materiæ faciant, Tibi non ingrata fore, confido. Vale in Domino noſtro. *Rudelſt. è Muſeo. Menſe Martio anno* cIↃ IↃc Lxxi.

SERIES

# SERIES CAPITUM.

CAPUT I.
De Nomine, ac definitione.
CAP. II.
Quatenus Jus ſuperioritatis ſuperioritati adnexum?
CAP. III.
Cui jus intradæ competat?
CAP. IV.
De introitu ipſo, & quidem de his, quæ eum antecedunt.
CAP. V.
Introitus concomitantia.
CAP. VI.
Conſequentia & effectus.
MANTISSA I. II. III.

*I. N. J.*

*I. N. J.*

# TRACTATIO
## DE
# JURE INTRADÆ.
## CAPUT PRIMUM
# DE NOMINE AC DEFINITIONE.

*SUMMARIA.*

*Intrada vox barbara eſt. n. 1.*
*Introitus Principis quomodo Germanis dicatur. n. 3. & ſeqq.*
*Vox introitus in aliâ ſignificatione. n. 7.*
*Jus intradæ quid? n. 8.*

I.

VOx *Intrada*, *Intrata*, ut dicitur Nicol. 1.
Boërio. *deciſ. 217. n. 21.* barbara eſt, ab Italico verbo *entrata*, *intrata*; vel à Gallico, entrée, utraque à Latino, *intrare*, deducta uſuque recepta eſt. Latinè *Introitus* dicitur, 2.
& quatenus *ſolemnem Principis introitum* vel adventum no-

tat, Gallis *l'entrée d'un Prince*, Germanis der Einritt/Thom.
3. Michael. *de jurisdict. Imper. theſ. 53. l. d.* item, das Einreiten/
4. Mingius. *de ſuperiorit. territ. cap. 5. theſ. 76.* die Einfuhre/
5. Joh. Jacob. Speidel. *ſpecul. notabil.* verb. Einritt. Item, Einzug. Additionator *Beſoldi Theſaur. Pract. v.* Einritt. Comu-
6. nius autem dicitur Einritt/ quod Principes frequentius equo, quàm curru vehi ſoleant, civitatem principalem ingredientes, ſcilicet, ut eo meliùs à populo conſpici poſſint.
7. Aliàs Vox *introitus* in Novell. 130. cap. 1. accipitur pro eo quod milites à ſubditis, ſeu provincialibus nomine *introitus*, exigebant, quod Imperator correxit, adeò ut etiam ipſum vocabulum *Introituum* ſublatum eſſe voluerit, tanquam ſcilicet rei iniquiſſimæ. Rittersh. proconſul. ad Novell. *part. XIV. c. 6. n. 8. conſ. l. 4. §. 3. & 7. de viis.* D. Tabor. *de metat. cap. 7. §. 10.*

## II.

*Jus* autem *intradæ*, ut dicitur Magero *de Advocat. ar-*
8. *mat. cap. 10. n. 595.* Beſoldo. *Theſ. Pract. v.* Einritt. D. Tabor. *de metat. cap. 6. n. 10.* Sinoldo. *Coll. jur. publ. vol. 1. d. 4. theſ. 23. lit. E.* vel *Jus intrandi*, Ruland. *de Commiſſar. part. IV. lib. 2. c. 3. n. 28.* Wehner. *obſerv. h. verb.* deſcribi poſſe videtur, *quòd ſit jus ſuperioritati connexum*, cujus vigore ſubditi Dominum territorialem *cum apparatu quodam feſtivo, in armis conſtituti devotè ac proceſſionaliter excipere, eique oblatis portarum clavibus obviam procedere tenentur.* Vid. ſuprà laudatos auctores. Et hanc definitionem ſive deſcriptionem ſequentia declarabunt.

CAPUT

# CAP. II.
# QUATENUS JUS INTRADÆ SIT SUPERIORITATI ADNEXUM.

*SUMMARIA.*

*Jus intradæ ſuperioritati adnexum. n. 1.*
*Eſt teſſera Superioritatis. n. 2. & 3.*
*Qualis introitus hîc intelligatur? n. 4.*
*Solemnis intrada per ſe non arguit ſuperioritatem. num. 5. & 6.*

I.

DIximus, *Jus intradæ* ſuperioritati territoriali (quæ ut alibi monuimus, non incommodè analoga Majeſtas dici poteſt) connexum eſſe: Undè juris publici autores paſſim 1.
*Intradam ſolemnem Principis*, indicinam, teſſeram, ſymbolum, & κριτήριον ſuperioritas appellitant. Hieron. Schurff. 2.
*Cent. 1. conſ. 35. n. 13.* Reincking. *de Regim. ſecul. & Eccleſ. lib. 1. claſſ. 5. cap. 4. n. 160.* Benj. Leuber. *de Stapul. Magdeb. n. 1218.* 3.
ubi contra Civitatem Magdeburgenſem, ex actibus ſolennis introitus Archi-Epiſcoporum concludit, quòd ea jurisdictioni Archi-Epiſcopali ſubjecta ſit.

II.

Sciendum autem eſt, quòd heîc non de *quocunque* 4.
Principis introitu, ſed de primo ac ſolemni, quem Princeps poſt novam adquiſitionem territorii, ſive ea electione, ſivè ſucceſſione, vel alio legitimo titulo nitatur, plerumque in

Metropoli Provinciæ, der Hauptſtadt des Landes / inſti-
tuere ſolet, loquamur.

5. 2. Quòd ſolemnis intrada *per ſe* non videatur eſſe ef-
fectus ſuperioritatis territorialis, nec eam abſolutè impor-
tet, ſed cum aliis actibus, v. g. oblatione clavium, præſta-
tione juramenti homagialis &c. juncta, illius nota ac teſſe-
ra ſit, propterea, quòd introitus Principis ſolemnis ex va-
riis cauſſis in aliquâ civitate fieri poſſit, adeoque actus ſit æ-
6. quivocus. Undè Rutger Ruland. *de Commiſſar. & Com-
miſſion. part. IV. lib. 2. c. 3. n. 18. Jus intrandi*, cum aliis juri-
bus Regalibus conjunctum in materiâ ſuperioritatis multum
probare ait, allegans Gabriel. Romanum. *concl. 1. lib. 5. præ-
ſumt. n. 22. Socin. Sen. conſ. 86. n. 2. lib. 1.* & quæ notata in cau-
ſâ Mayntz contra Erfurt.

## CAPUT III.

# CUI JUS INTRADÆ COMPETAT.

*SUMMARIA.*

*Intrada cui competat? n. 1.*
*De Intrada Epiſcopali. n. 3.*
*An Imperator eam habeat? n. 4.*
*Quid ea operetur. n. 5.*
*Principum ac Statuum jurisdictio præſente Imperatore non ſuſpenditur. n. 7.*
*An Intradæ jus protectoribus competat. n. 8. & 9.*

I

EX jam dictis pateſcit, cui jus intradæ competat? Domino ſcilicet territoriali, Regibus puta, Electoribus, Principibus, tàm Eccleſiaſticis quam politicis, Comitibus, aliisque ſuperioritatem, die Landes Fürſtl. Hoheit und Obrigkeit / ac Regalia in territorio habentibus. 1.

II.

Quod Epiſcopos Germaniæ attinet, ii ſolemnem introitum plerumque in illâ civitate inſtituunt, in quâ *jus Reſidentiæ* habent, quod nonnunquam Epiſcopis negari aut controverti ſolet, ut Coloniæ, Argentinæ, aliarumque Civitatum exemplis probatur. 2. 3.

III.

Quæritur autem: *An Imperator jus intradæ* in Principum ac *Statuum Imperii Civitatibus habeat?* Sanè Imperatorem, forte advenientem à Principibus Imperii, in civitatibus ac Reſidentiis ſuis, in recognitionem Majeſtatis Cæſareæ, devotè ac ſolemniter recipi, fides, reverentia, ac honor illi debitus omninò exigit. Vide quæ diximus *in Tract. ad l. un. Cod. de Palat. ac domib. Domin. cap. 8.* Introitus autem ille ſolemnis Imperatoris non hunc effectum habere videtur, ut Principis, in cujus Civitatem Imperator ingreditur, ſuperioritatem ac jurisdictionem ceſſare faciat. Quamvis enim jus Saxonicum, *lib. 3. artic. 60.* dicat: In welche Stadt der König komt / da ſind ihme alle Gerichte geöffnet/und muß der Unter-Richter zu richten inne halten. Undè veriſimiliter ortum, quòd Imperatore fines alicujus civitatis adpropinquante, claves portarum ipſi offerri ſoleant. Ziegler. *in commun. concluſ. ad aur. Prax. Calvol. §. Landſaſſii. part. 2. limit. n. 3.* hodiè tamen alio jure utimur, & Prin- 4. 5. 6. 7.

 pum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-552148-p0015-4

cipum ac Statuum ſuperioritas & jurisdictio, præſente licet Imperatore, non ſuſpenditur, cùm ea cum Regalibus omnibus iis conceſſa videatur. Vid. Reincking. *de Regim. ſecul. & Eccleſ. lib. 1. claſſ. 5. cap. 7. n. 3. & ſeqq.*

IV.

8. Quæritur ulterius: An *jus intradæ* der Eintritt / ſive *introductio ſolemnis*, die Einfuhr / Advocatis ac Protectoribus initio ſuſcepti defenſionis officii, vel poſtea quoque, eo durante, in locis ad Clientes pertinentibus, competat? Negat cum Mart. Magero, *tract. de Advocat. armat. cap. 10. n. 592.* Joh. Jac. Speidel. *in ſpecul. notab. verb.* Eintritt. propterea, quòd tale jus ſuperioritatem ſapiat, quæ Protectori, quà tali, non competit, utut jus Advocatiæ nonnunquam ad ſuperioritatis actus extendatur. Andr. Knichen. *de Saxon.*
9. *non provoc. jure cap. 5. num. 563. & ſeqq.* Pacto tamen, uſu atque obſervantiâ, ut alia jura Regalia, v. g. fortalitii, præſidii, aperturæ &c. ita etiam intradæ jus, in Civitate Clientelari protectori competere poteſt.

CAP.

# Caput IV.
# DE INTROITU IPSO, ET QUIDEM DE HIS, QUÆ EUM PRÆCEDERE SOLENT.

*SUMMARIA.*

*Antecedentia introitus Principalis conſiſtunt in præſtatione præſtandorum juxta conſuetudinem loci. n. 2.*
*Inter ea eſt probatio ſuperioritatis territorialis. n. 3.*
*Adfertur Exemplum. n. 4.*
*Certus dies intradæ determinari ſolet. n. 5.*
*Confirmatio privilegiorum nonnunquam præcedit. num. 6. & ſeqq.*
*Quatenus introitus à ſubditis denegari poſſit? n. 9.*

I.

Videamus nunc de Intradâ ipsâ; ubi conſideranda ejus 1.
*Antecedentia, Concomitantia, & ſequentia.* Quod an- 2.
tecedentia Introitus Principalis attinet, conſiſtunt ea præ-
cipuè in præſtatione præſtandorum, ſive eorum, quæ
uſus ac obſervantia à Principe ſolemnem introitum à Civi-
tate petente exigit. Inter ea autem eſt 1. *Probatio ſuperiori-* 3.
*tatis territorialis*, ſi quidem de eâ ſubditis non conſtet. Ex- 4.
empli gratiâ, ſi Princeps Imperii, qui Epiſcopus noviter
electus Metropolin ſuam ſolemniter ingredi velit, prius
conſtare debet de inveſtiturâ Regalium, ab Imperatore im-
petratâ, productione Inſtrumenti inveſtituræ, quod uſu
receptum

receptum dicitur inter Epiſcopum & Civitatem Spirenſem, de quo tamen ſuperioribus annis acriter diſceptatum fuit. Cùm enim Epiſcopus ſolemnem introitum à Civitate peteret, inſtrumentum autem inveſtituræ Imperialis non produceretur, Civitas eum denegavit, antiquum morem ac obſervantiam urgens, quemadmodum ex iis, quæ in gratiam Lectoris ad finem hujus Tractationis ſubjecimus, apparere poteſt.

II.

5. 2. Determinatio certi diei ſeu temporis introitus. Cùm enim primus adventus ſeu introitus Principis cum ſolemni pompâ fieri ſoleat, neceſſe eſt, ut præparatoria à Magiſtratibus ac ſubditis civitatis tempeſtivè fiant, ut parati Dominum ſolemniter excipere poſſint.

6. 3. Confirmatio jurium ac privilegiorum ſubditis competentium, ſiquidem pacta eum ſubditis inita, aut conſve-
7. tudo regionis eam ante ingreſſum Principis exigant. Hæc enim atque alia ſimilia ex obſervantiâ, aut ex pactis conventis determinanda. Matth. Stephan. *lib. 2. de jurisd. p. 1. cap. 2.*
8. *n. 258.* D. Myler. *de Princ. ac Stat. Imper. p. 2. c. 38. n. 13.* Confirmatio enim privilegiorum interdum introitum ſolemnem Principis ac homagii præſtationem præcedit, interdum ſequitur. Conf. Klock. *vol. 1. concl. 19.* Ritter *de homag.*
9. *cap. 6. n. 12.* Hæc atque alia à Domino ante ejus intradam juxta pacta, uſum & obſervantiam præſtanda, ſi non præſtentur, introitus ei à ſubditis non injuſtè denegatur, & ſi Status Imperii ſit, querela ad Imperatorem deferri poteſt.

CAP.

# CAPUT V.
# INTRADÆ CONCOMITANTIA.

*SUMMARIA.*

*Princeps cum apparatu excipitur, qui variat. n. 1. & 2.*
*De ſolemnitatibus Archi-Epiſcoporum Magdeburgenſium remiſſivè. n. 4.*
*Principes ſub campanarum ſonitu, ac tormentorum tonitru ingrediuntur. n. 5.*
*Oblatio clavium in introitu Principis conſveta. n. 6.*
*Ille actus eſt æquivocus. n. 9.*
*Fit vel reſpectu ſuperioritatis, vel ſupremæ protectionis vel urbanitatis ac reverentiæ gratiâ n. 10. & ſeqq.*
*Imperatori Civitatem Imperialem ingredienti facta oblatio clavium quid operetur? n. 11.*
*Xenia offeruntur Principi. n. 13.*
*Subditi non debent manu vacuâ ſe Principi præſentare. num. 12.*

I.

CIrca actum ipſum introitus conſideramus I. *Apparatum feſtivum ac pompam*, quâ Principes, ſæpè aliquot millibus nobilium, militum &c. ſtipati ingredi, ac à Magiſtratibus ac ſubditis excipi ſolent. 1.

Apparatus autem pro varietate locorum ac temporum variat. Majore pompâ Reges, victores, & potentes Principes ingredi ſolent, quàm fortè Epiſcopi, Comites &c. quâ de re cumprimis conſulendæ Relationes Hiſtoricæ, quæ ex- 2. 3.

4. ſtant. De ſolemnitatibus introitus Archi-Epiſcoporum Magdeburgenſium, vid. Pomarius Chron. Magdeburg.

5. Plerumque autem Principes vel ejus Miſſi ſub campanarum ſonitu, tormentorum æneorum tonitru, ac tubarum clangore, ingrediuntur; Cives in armis conſtituti beneque veſtiti, adventanti Principi ejusque comitatui ſolemniter procedunt, eum portis apertis proceſſionaliter in civitatem conducentes; primores civitatis ac Magiſtratus devotè ac humiliter eum excipiunt, ſolemni quadam oratione de felici adventu ei congratulantes. Vid. *infr. Mantiſſ. I. & II.*

II.

6. II. *Oblationem clavium* portarum Urbis. Hæc clavium
7. oblatio moribus recepta & hodiè uſitatiſſima eſt. Boër. *de cuſtod. clauſur. n. 50.* ubi ait: in primo caſtrorum & civitatum ingreſſu claves & inſignia cum adclamatione *Vivat, Vivat*, in ſuperioritatis recognitionem domino tradi. Burſat. *conſil. 26. n. 10. lib. 3.* Honded. *conſ. 100. n. 7. 49. & ſeq. vol. 2.* Thom. Michael. *de jurisdict. concluſ. 53. lit. D. ubi ait:* quòd jus intra-
8. dæ clavium oblationem hodiè adnexam habeat. Quomodo Rex Galliæ iis, qui claves offerunt, reſpondeat, *vid. Mercure François. tom. 15.*

9. Cœterum oblatio clavium actus videtur eſſe æquivocus, fit enim ea 1. *reſpectu ſuperioritatis territorialis.* Beſold. *theſ. pract. lit. S. n. 39. ubi ait:* quòd die Schlüſſel entgegen tragen / ſit ſignum ſubjectionis, v. g. quando Magiſtratus civitatis Principi ſuo ingredienti claves portarum offert; vel is, qui à Principe militibus in eâ adpoſitis Præfectus eſt,
10. dem Commendanten. 2. reſpectu *ſupremæ & univerſalis protectionis:* cujus intuitu Imperatori adventanti vel noviter

electo à civitatibus Imperialibus claves offerri ſolent. Spren-
ger. *Jurispr. publ. pag. 173.* Knipſchild. *de Civit. Imperial.*
*lib. 2. cap. 1. n. 68.* Herm. Hermes *in Faſcic. jur. publ. cap. 11.* 11.
*§. 36.* ubi rejectâ illorum opinione, qui oblationem clavium
ſuperioritatem territorialem à parte Imperatoris arguere
volunt, inter quos Andr. Knichen. *de jur. territ. cap. 1. n. 116.*
Beſold. *Theſ. pract. V.* Reichs-Städte. Speidel. *ſpecul. No-*
*tabil. eod. verb.* probat eam ex reverentiâ, & in recognitio-
nem ſuperioritatis Cæſareæ, univerſalisque protectionis,
nec non in ſignum illius, quam permittunt eorum privile-
gia, & jura, tamquam Statuum Imperii ſubjectionis, quæ
tamen earum libertatem ac jura minimè tollat, præſertim,
cùm Imperator nudâ tantùm clavium oblatione utpluri-
mum contentus ſit, & civitatibus eas, vel in manibus relin-
quat, vel ſtatim reſtituat. Add. Reincking. *de Regim. ſecul.*
*& Eccleſ. lib. 1. claſſ. 5. c. 7. n. 11.* Diſſert. noſtr. *de jure aper-*
*turæ. cap. 3. n. 13. & ſeqq.*

3. Oblatio clavium fit tantùm *urbanitatis* & comis re- 12.
verentiæ gratiâ, quæ tamen non rarò progreſſu temporis in
uſum & obſervantiam tranſit. Knipſchild. *d. lib. 2. c. 1. n. 67.*
Sic olim monaſteria libera Advocatis ſeu Protectoribus ſuis
claves tradidêre tamdiu, quoad ibidem commorati fuêre.
Mart. Mager. *de Advoc. armat. c. 10. n. 279.*

III.

III. *Xeniorum oblationem.* Ut enim olim novo Impe- 13.
ratori offerebatur aurum coronarium à civitatibus, nec non
Proconſuli Provinciæ Metropolim ingredienti honorarium
provinciale gratâ populi liberalitate. *l. ſolet. ff. de offic. Pro-*
*conſ.* Choppin. *de dom. tit. 3. in fin. lib. 1.* Sic hodiè quo-
que ſubditi Xeniis ejusmodi ſuos Principes excipere ſolent,

14. Neque enim ſubditi ſeſe primâ vice domino ſuo manu vacuâ præſentare debent. *Exod. 23. Deut. 26.* Franc. de March. *deciſ. 1023. n. 2. p. 1.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr. 1. §. 4.*
15. *num. 8.* Idque etiam civitates Imperii, ſi Imperator ingrediatur, factitant. Knichen. *comment. de Saxon. non prov. jur.*
16. *cap. 2. n. 16. & ſeqq. & Encyclopæd. cap. 15. num. 7.* Pro conſuetudine Germaniæ à Civitatibus vinum præſentari ſolet. Ritter. *de homag. c. 7. n. 182.* Vel aliud pretioſum quid, *vid. Comment. ad. l. un. C. de oblat. votor.*

# CAPUT VI.

# CONSECTARIA ET EFFECTUS INTRADÆ PRINCIPIS.

*SUMMARIA.*

*Conſequens intradæ Principis Reſidentia. n. 2.*
*Hoſpitii jus Principi denegari nequit. n. 3.*
*Conſequens alterum homagii exactio. n. 4.*
*Homagium prima agnitio & confeſſio ſubjectionis. n. 5.*
*Effectus introitus Principis eſt adquiſitio poſſeſſionis territorii. n. 6. 7. & 8.*
*Tempore introitus quando relegatis venia redeundi conceditur. n. 9.*
*An & quatenus Princeps gratiam delicti facere poſſit? n. 10. 11. & 12.*
*Cardinales Eccleſiæ Romanæ à ſupplicio delinquentes obvios liberare poſſunt. n. 13.*

*Judi-*

*Judicium de eâ re. ibid. & n. 14.*

*An Commentarienſis incarceratum è carcere dimittere poſſit Principe Civitatem primum ſolemniter ingrediente. n. 15. ſeqq.*

I.

REliquum eſt ut paucula de conſequentibus & effectibus juris intradæ notemus. Primum conſequens eſſe videtur *Reſidentia Principis*, ut vocant, quòd Princeps in civitate in quam ſolemniter receptus, reſidentiam ac ſedem ſuam collocare poſſit, niſi forte *jus reſidentiæ* controverſum ſit, vel ei planè non competat. (*vid. Appendic.*) Licet autem jus illud Principi in Civitate non competat, hoſpitii tamen jus ei denegari nequit, vid. D. Tabor. *de metat. ſupra cit. loc.* ubi ait: quòd jura aperturæ & intradæ hoſpitiorum munus includant, aut ſaltim ut plurimum conjunctum habeant. 1. 2. 3.

II.

Alterum conſequens eſt: *Homagii exactio*, quæ plerumque in ingreſſu Regiminis, ſo bald im Antrit der Regierung / fieri ſolet, Reinck. *de Reg. ſecul. & Eccleſ. lib. 1. claſſ. 5. cap. 4. n. 2.* quippè quòd homagium prima agnitio & confeſſio ſubjectionis ſit. Thom. Michael. *de juriſd. concl. 57.* ac ſuperioritatis recognitæ teſſera. Knichen. *de jure terr. cap. 3. num. 168.* 4. 5.

III.

Inter effectus introitus ſolemnis eſt adquiſitio poſſeſſionis totius territorii, in quo Civitas Principalis, quam Princeps ingreſſus eſt, ſita. Thom. Menckelbach apud Klock. *vol. 1. conſ. 7. n. 839.* ubi ſcribit: quòd quis per ingreſſum principalioris Civitatis provinciæ adquirat communem poſſeſ- 6. 7.

ſionem totius Provinciæ &c. & quod ita in Principe, ut is ingrediens Principaliorem Civitatem Provinciæ causâ adprehendendi poſſeſſionem, cum apparatu jurisdictionali adquirat quaſi poſſeſſionem totius provinciæ, decidat Laudenſis. *tr. de Principe. q.* 277. Capyc. *deciſ.* 1. *n.* 10. & 11. Frecc. *de feud. lib.* 2. *rubr. quis dicatur Dux. n.* 63. Fr. Milan. *deciſ.* 1. *n.* 79. & *deciſ.* 3. *n.* 235. *ſeq. lib.* 1. Petra *de fideicommiſſ. q.* 13. *n.* 408. Vid.
8. Idem *d. conſ. n.* 844. ubi ait, id obtinere, wann der Landes-Fürſt und Herr ſelbſt / & quidem cum apparatu jurisdictionali in ſeine Haupt-Stadt einritte / zugleich die Huldigung einziehe / und diß alles ohne menniglichen Widerſprechen / juxta notata Jacobi Mandelli Albani. *conſil.* 78. *num.* 13.

9. Præterea inter *effectus intradæ* referri poteſt, quòd in ſuperioritatis teſtificationem relegatis, quibus Civitatem vel Provinciam ſecurè ingredi non licet, quin etiam capitalis animadverſionis reis, à Principe ingrediente, ſi currui vel equo ipſius, quo vehitur, inhæreant, gratiam indulgeri ſoleat. Guiliel. Bened. *in cap. Reinutius. part.* 2. *verbo. mortuo itaq;* 1. *n.* 112. *extr. de Teſtam.* Damhoud. *pract. crim. cap.* 146. *n.* 3. quos allegat Knichen. *Encyclopæd. cap.* 15. *n.* 9. *add.* Boër.
10. *deciſ.* 212. Poſſe autem Principem in honorem domus ſuæ, vel ob lætitiam publicam, aut ratione novi adventus, vel ob partam victoriam famæ reſtituere bannitos, vel in exilium miſſos, nec non pœnas delictorum remittere, poſt Roland. à Valle. Fr. Marci. Cavalcan. & alios docet. Item Knichen. *de jure territ. cap.* 3. *num.* 457. cui addatur Bened. Carpzov. *pract. crimin. part.* 3. *quæſt.* 150. ubi plures auctores allegat. De hâc conſvetudine aggratiandi ita judicat Dn. Claſen. *tr. de jure aggrat. c.* 12. *n.* 2. Si Princeps, ait, homagii recipiendi

causa

cauſa urbem ingrediatur, maleficus autem, qui ob delictum capitale hactenus extorris fuit, Principis iſtius currum contrectet, dicunt eum à noxâ & pœnâ liberari. Ratio hujus moris me non fugit, quod dies iſte lætitiæ ſit, qui pacem ingreſſu principis ferat; quodque omnes ſubditi ſalutem ab ipſo novo ſuo protectore ac Domino exſpectent, inque honorem ipſius delinquenti pœnam Magiſtratus remittat, ut in poſterum ſecurus priſtinum ſuum jus velut poſtliminiò recipiat, Principisque gratia vitam ſuam prædæ inſtar reportet. Deinde, eſt hæc vel tacita prima petitio, quâ rogat, ut Magiſtratus reo iſti velit parcere, quam uti principi denegare contra devotam fidem fuerit; ſic quoque excuſabile eſſe cenſet, potiſſimum, ubi accedit antiqua, & à tot annis obſervata conſvetudo, tali reo ad currum Principis velut ad aſylum gratiæ confugienti. Ego quidem id, quod conſuetudine inveteratum eſt, præcipuè cum Principis Perſonam tangat, hic ſubtili quâdam juris ratione diſcutere nolo, multò minus cauſſam, ob quam mos iſte receptus eſt, examinare: ſaltem videtur quodammodo periculoſum delinquentem & facinoroſum, non cognito ejus delicto, propterea quod apud Principem non per modum ſupplicum precum, ſed per nudam contrectationem currus, dum in Urbem ducitur, tacitè veniam criminis depoſcit, ſupplicio eximi, utpote, quod ejusmodi nebulo, qui tale delictum commiſerit, quod nec jus divinum, nec recta ratio vult impunitum relinqui, Clementiâ Principis abuti poſſit, & ita inſcio Magiſtratu judicium eludere. Exiſtimat quidem non ignobilis Politicus, licere Principi, ſi edoceatur poſtea, quàm grande perpetraverit nefas delinquens, gratiam datam revoca-

vocare, & Magiſtratui præcipere, quô nihil obſtante iſthâc conſuetudine debitis pœnis ſubjiciatur. Verùm dubito, an id unquam factum fuerit, conſuetudine tam antiquâ me in priorem opinionem flectente, à quâ haut facile diſcedi ſolet: quam firmat ratio publici gaudii & honoris, qui ex ingreſſu Principis Urbi oboritur, ſed de hoc diſputare me vetat reverentia & devoti animi obſequium, quo Principum perſonam & dignitatem amplector. Hæc ille.

11. Intelligendum autem hoc eſt, de delictis, quæ remiſſionem pœnæ non abhorrent. Homicidæ ſanè doloſo gratia facienda non eſt. Farinac. *qu. 6. n. 15. l. 1.* Undè in generali abolitione enormia crimina excipi volunt. Decian. *tract. crim. l. 3. cap. 35. n. 17.* Nic. Boër. *deciſ. 217. n. 22.* ubi plures laudat. Gratiæ etenim, quæ juſtitiam egrediuntur, nec nomen quidem gratiæ merentur. Stobæus. *Tit. de Magiſtrat.* Ludov. Lodolfing. *tr. de abſol. princ. poteſt. c. 6. n. 48. & ſeqq.*

12. quos refert Knichen. *d. l. n. 460.* Quare ſi res ſit mali exempli, intruſi ſequenti die introitus ſolum vertere cogantur, quemadmodum ſuperioribus annis Halæ Saxonum, in ſo-

13. lemni Archi-Epiſcopi introitu factum meminimus. Abuſus ſanè gratiæ Principalis maximè deteſtandus eſt. Damhouder. *prax. crim. c. 147. n. 7.* ad quem etiam non immeritò referimus poteſtatem illam quâ Cardinales Eccleſiæ Romanæ gaudere dicuntur, quippe quâ reum, ſi forte, dum ad ſupplicium ducitur, obviam eis veniat, tegendo eum pileo vel veſte, à mortis pœnâ liberare poſſunt. Azor. *Inſtit. moral. part. 2. lib. 4. c. 3. qu. 20.* Lancellot. *in Templo omn. Judic. lib. 2. cap. 2. §. 3. n. 30.* Joh. Limnæ. *ad Capital. Cæſar.* ubi hanc conſuetudinem rectè improbat, & poſt eum D. Claſen. *de jure*

*aggra-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-552148-p0026-5

*aggratiandi. cap. 10. t. 2.* ubi ait: conſuetudinem iſtam planè abſurdam eſſe, nullâ niti ratione, ſed erroris vetuſtate. Quomodo enim poterit delictum conſiderari in reo, aut qualitas delinquentis æſtimari, num mereatur, ut in gratiam recipi debeat? Certè nudus ille occurſus Cardinalis non erit efficax ad gratiam concedendam, neque dignitas iſtius erit pro ratione. Quod ſi parricida ducatur ad ſupplicium mortis, inter ducendum autem ei occurrat Cardinalis pileo eum tegens: utique nihil abſurdius poterit cogitari unquam atque ejusmodi facinoroſum hominem talis ſacerdotis occurſu ab ultimo ſupplicio liberari debere. Quidquid ſit, hæc atque alia Car- 14.
dinalitiæ præeminentiæ ſigna ratione Status Papalis ac Majeſtatis ejus niti videntur, nec forte aliâ ratione introducta, quàm Titulus *Eminentiæ* Cardinalium proprius, & Titulus Cardinalis *Padrono*, de quo atque aliis vide inſignem Tractatum Italicè conſcriptum, ac nuper latinè redditum, cui Titulus: *Nepotiſmus Romanorum Pontificum.*

Obiter adhuc monemus, quòd Paris de Puteo, *in* 15.
*ſyndicatu. verb. carcer. cap. licet dicatur. col. 1. circa. med. ſtatuat:* Commentarienſem non teneri, ſi ex gratiali criminum remiſſione per Principem in novâ alicujus Civitatis intratâ, ſeu novo ſuo ingreſſu facto, excarceravit (ut loquitur) hic liberavit reum, & extra carceres poſuit, etiam ſine judicis aut curiæ auctoritate. De ſtylo tamen 16.
curiarum Franciæ cuſtodem carcerum in vim talis remiſſionis generalis ſine unius ex Magiſtris ſequeſtarum

domus Regiæ licentiâ, & ordinatione liberare, & elargiri priſonerios (incarceratos) non poſſe, ait Hoerius. *d, deciſ. num. 23.*

TANTUM.

# GLORIA ET GRATIA ALTISSIMO.

# MANTISSA I.

## Welcher geſtalt Hertzogs Auguſti zu Sachſen/ Fürſtl. Durchl. als Ertz-Biſchoff zu Magdeburg angenommen worden.

Durchlauchtigſter/ Hochgeborner Fürſt und Herr.

DEmnach aus ſonderlicher ſchickung und Vorſehung GOttes des Allmächtigen / durch Ewr. F. G. Väterliche LandesFürſtliche Vorſorge gnädigſt angewanter Fleiß und geſchehener Unterhandelung / die Sache ſo weit getrieben / daß die alte Stadt Magdeburg: in welche bey 65. Jahren kein Ertz-Biſchoff oder Landes-Fürſt eingeritten / und von derſelben Huldigung genommen / welche auch numehr bey 30. Jahren mit ihren Pflichten / nicht beym Ertzſtifft / ſondern bey andern Herrſchafften geweſen / in ihren alten Stand geſetzet / und E. F. G. als dem Landes-Fürſten / und dieſem löblichen Ertzſtifft wiederum verwand werden ſoll / und darauff von E. F. G. mit dieſem anſehendlichen Fürſtlichen Comitatu, dieſer Einritt vor die Hand genommen: ſo ſagen anfänglichen gegenwärtige meine günſtige Herren eines Hochwürdigen Domcapitels / GOtt dem Allmächtigen vor ſeine zu dieſem hohen Werck verliehene Göttliche Gaben und Wolthaten / und dann auch E. F. G. derſelbigen gehabten Mühe / Sorge / Arbeit / und angewandter Unkoſtung / unterthänigſten Danck / gratuliren E. F. G. deshalben von Hertzen / und wie ſie anfänglich E. F. G. vor andern zu der Regierung und Administration dieſes löblichen Ertzſtiffts gantz gern poſtuliret, alſo gönnen ſie auch E. F. G. gantz gern / daß die Sachen mit der Stadt Magdeburg / E. F. G. als eines Chriſtlichen Fürſten Regierung zu

dieſem Ende gebracht / und wünſchen E. F. G. daß dieſer Eintritt und folgende Actus, und alſo alle die Handelung / zu fortſetzung ſeines Göttlichen Worts und Nahmens / E. F. G. aber / zu ewigen Lob / Ehren und Ruhm / und dieſem löblichen Ertzſtifft / und deſſen einverleibten Ständen und nunmehr auch der alten Stadt Magdeburg / als einem Mitglied deſſelben zu auffnehmen / Gedey- und aller Wohlfahrt gelangen und reichen mügen / mit angefaſſeter unterthäniger Bitte / E. F. G. wollen nicht allein ein Hochwürdig Domcapitel / beſondern auch die gantze Union der Cleriſey / und alle andere Stände / und numehr auch die alte Stadt Magdeburg dieſes löblichen Ertzſtiffts / ferner in gnädiger acht haben / Ihr gnädigſter Herr ſeyn und bleiben / ſie auch bey ihren alten Freyheiten / Privilegien, und wohl hergebrachten Gerechtigkeiten / inmaſſen biß anhero geſchehen / vermöge E. F. G. gnädigſte geſchehene Zuſage / nicht allein bleiben laſſen / beſondern ſie auch darbey ſchützen und handhaben / nicht zweiffelnde E. F. G. werden dagegen bey allen obangeregten dieſes löblichen Ertzſtiffts Ständen allen getreuen unterthänigſten Gehorſam und Gewertigkeit ſpüren / inmaſſen ſich meine gönſtige Herrn / eines Hochwürdigen Domcapitels zu allen getreuen und gebührlichen Gehorſam erbieten / und ſich E. F. G. in aller unterthänigkeit befehlen.

Darauff aus Befehlig meines gnädigen HErrn der Wohlgebohrne und Edele / Herr Graff Albrecht zu Stollberg / ein anſehnlicher feiner gravitetiſcher Herr geantwortet.

Hoch- und Ehrwürdige / Edle und Ehrenveſte / groß- gönſtige Herren / der Durchlauchtigſte / Hochgeborne Fürſt und Herr / Herr Joachim Friedrich Poſtulirter Adminiſtrator des Primats und Ertzſtiffts Magdeburg / Marggraff zu Brandenburg ꝛc.

Mein gnädigſter Herr.

HJermit gegen / hat gnädigſt angehöret / welcherley geſtalt Ihre F. G. ein Hochwürdig Domcapitel zum aller unterthänigſten und willigſten empfangen haben / und S. F. G. nicht allein

gratu-

gratuliret, daß durch Ihr. F. G. Väterliche und Landes-Fürſtliche Vorſorge / Fleiß / Müh und Arbeit / die Sachen dahin gerichtet / daß die alte Stadt Magdeburg / ſo nu eine lange Zeit von dem Ertzſtifft abgeſondert und bey andern Herrſchafften in Eydes-Pflichten geweſen / wiederüm an ſeinen rechten Ort verwieſen / und dem löblichen Ertzſtifft wieder verwandt werden ſolte / ſondern daß auch J. F. G. Einzug mit J. F. G. Beyſtand und Geleyd / durch Gottes Hülff glücklich angefangen / müge ferner vollzogen werden / und in dem J. F. G. wie vormahls die poſtulation, auch die würckliche einführung und folgende Actus von hertzen gönnen. Solches alles thut M. G. H. mit gnädigſter Danckſagung an- und aufnehmen / iſt auch Ihr. F. G. erbötig ſeiner F. G. Zuſage nach ein Hochwürdiges Domcapitel und den gantzen geiſtlichen Standt in Gnaden zu erkennen / und ſie bey alle den ihren in geruhiger poſſeſſion bleiben zulaſſen / und ihr gnädigſter Herr zu ſeyn / auch die alte Stadt Magdeburg / einen Erbaren und Wohlweiſen Rath / und die gemeine Bürgerſchafft bey allen ihren alten Privilegien und Gerechtigkeiten und uffgerichten Verträgen / gnädigſt zu ſchützen und zu handhaben und hinfürder ſich gegen ihnen dermaſſen erzeigen / daß ſie Ihr. F. G. gnädigſten Willen erkennen und ſpüren ſolten.

Hernacher ſeynd die verordneten E. E. Raths der alten Stadt Magdeburg zugetreten / als nemlichen die Ehrenveſten und Erbaren / Moritz Weſtpfahl / und Merten Alemann regierende Bürgermeiſter / Frantz Pfeil / Syndicus, Thomas Sültze alter / und Heinrich Weſtpfahl oberalter Bürgermeiſter / Caſper Aleman / und Michael Rhebeinen beyde Kämmerers / Hans Leutke / Moritz Thum Baumeiſter / Heinrich Merckel Secretarius, und Adam Zander Stadtſchreiber / und haben J. F. G. genanter Syndicus unterthäniglichen uff folgende Meinung empfangen.

## Durchlauchtigſter / Hochgeborner / Gnädigſter Herr.

NAch dem aus ſonderlicher Vorſehung und ſchickung Gottes des Allmächtigen / E. F. G. vormahls von einem Hochwürdigen

Domcapitel zum Adminiſtratoren des Primats und Ertzſtifft Magdeburg / einhelliglich poſtuliret, und in ergangener Handelung mit Bewilligung und Beförderung der Röm. Kaiſerl. Majeſt. unſers aller gnädigſten Herrns / die Sachen ſo weit gedeien und gerathen/daß numehr die alte Stadt Magdeburg von dem Durchlauchtigſten Hochgebornen Fürſten und Herrn / Hern Auguſto Hertzogen und Chur-Fürſten zu Sachſen ꝛc. unſers gnädigſten Herrn/ der Eydpflichten/ damit ſie S. Churfürſtl. G. in Fußſtappen ihres Herrn Brudern Churf. Moritzen ſeel. eine Zeitlang verleibet und noch ſeynd / itzt entlediget / und E. F. G. und dem Ertzſtifft wiederüm angewieſen / verwandt und alſo in vorigen Stand reſtituiret werden ſoll / darauff dann E.F. G. mit derſelben ſtattlichen Beyſtand/ verwandten Herrn und Gefreunden glücklich ankommen / alſo ſeynd der alten Stadt Magdeburg Burgermeiſter / Schöppen / Rathmanne / Innungs-Meiſter / und Bürger-Gemeine / ſolcher E. F. G. Ankunfft gantz hertzlich erfreuet / wünſchen und bitten darauff von Hertzen / daß GOtt der Allmächtige diß ſein Werck und Geſchäfft / mit ſeinen reichen und milden Seegen wolle befördern / vollenziehen und erhalten/ damit es ſeiner göttlichen Allmächtigkeit zu Wohlgefallen / Ruhm/ Lob / Ehr und Preiß ſeines göttlichen Nahmens / und erhaltung ſeiner mit Gnaden von ihm habenden wahrer Chriſtlichen Religion/ und inſonderheit J. F. G. ſamt den Ihren / einem Hochwürdigen Domcapitel / und allen Ständen dieſes löblichen Ertzſtiffts / dieſer Stadt / Rath und Gemeine / und allen inwohnenden Bürgern und Verwanten / und dann auch in gemein dem heiligen Röm. Reich/ und gantzer allgemeiner Chriſtenheit / zu zeitlicher und ewiger Wohlfahrt / wolle glück-und heylſamlich gedeyen. Erkennen ſich auch ſchüldig und ſeynd bereitwillig / auff Röm. Kaiſ. Majeſt. und Chur-Fürſtl. Durchl. Bewilligung / Mandat / Verlaß und Anweiſung unterthänigſt zu gehorſamen / die bewilligte Huldigung und dann ferner auch alle gebührliche Treu und Gehorſam unterthäniglichen zu leiſten. Setzen auch das Vertrauen zu E. F. G. als einen Chriſtliebenden Fürſten / ſo in gleicher Religion neben ihnen erzogen / E.F.G. werden ſich wiederum in gnädigſter acht haben und nicht weniger als vormals von höchſtgedachten Churfürſten zu Sachſen löblich geſchehen/

ſchehen/ E. F. G. allergn. gegen Ihnen und den Ihren ſich zu erzeigen wiſſen.

Hierauff abermahls wohl ermelter Graff Albrecht zu Stolberg aus M. G. H. Befehlen geantwortet:

## Hoch und Wohlgelahrte/ Erbare/ Weiſe/ gönſtige liebe Herren.

Mein gnädigſter Fürſt und Herr hat gleicher geſtalt gnädigſt angehöret / daß E. E. Rath dieſer Stadt J. F. G. in aller unterthänigkeit empfahen / und J. F. G. und ihren beywesenden Verwandten von Hertzen gratuliren und wünſchen / daß dieſer löbliche Einzug und vorgenommenes Werck möge GOTT dem Allmächtigen ſeinen heiligen und allein ſeeligmachenden Wort zu ehren / J. F. G. zu ewigen Lob und Preiß und dann auch dem Ertzſtifft und der alten Stadt Magdeburg und den ihren zu zeitlicher und ewiger Wohlfarth / an Leib und an Seel gedeyen / ſolches begehren J. F. G. neben Ihnen von Hertzen.

# MANTISSA. II.

# Welcher geſtalt der Biſchoff zu Halberſtadt in der Einführung empfangen.

## Hochwürdiger/ Durchlauchtige/ Hochgeborne/ Gnädigſte Fürſten und Herren. ꝛc.

Die Wohlgebohrne Graffen Herr Albrecht Georg / Herr Volckmar Wolff / Herr Heinrich und Herr Ernſt / Graffen zu Stolberg und Hohenſtein / Gevettern / Vater und Söhne / ſamt Joachim

von

von der Schulenburg/an ſtat des wohlgebohrnen Graffen Ernſtes zu Reinſtein / mein auch gnädigſter Herr. Und wir ſeynd von dem Hochwürdigen Domcapitel der Biſchofflichen Kirchen zu Halberſtadt / meinem gnädigen und günſtig gebietenden Herrn erſucht und befehliget / E. FF. GG. an dieſem Orte zu entgegen zureiten / und dieſe unterthänige dienſtliche Werbung anzubringen / daß ſie anfangs J. G. G. und Erw. GOtt im Himmel Danckſagen / daß ewre des Herrn poſtulirten F. G. durch ihre G. G. und Erw. erhabene poſtulation, ſo weit gerathen / daß E. F. G. ihren Biſchofflichen Einritt heutiges tages vollbringen werden / haben gerne vernommen / daß E. F. G. beneben E. F. G. Fürſtlichen Beyſtande / nemlich E. F. G. geliebten Herrn Vaters und Brüder / auch andern anſehnlichen vornehmen Graffen / Herrn Ritterſchafft und andern anſehnlichen Leuten / dieſes Orts glücklich ankommen.

Wünſchen E. F. Gn. dem Herrn poſtulirten, ſo wohl auch ewrer Hertzog Julii und der jungen F. F. G. G. dazu Glück / Heil und Wohlfahrt mit zuentbieten / J. J. G. G. und Erw. jenigen Gebets und vermögender Dienſt ſeynd auch vor dieſe von E. E. F. F. G. G. allerſeits J. J. G. G. und erzeigter Fürſtlicher Gnade der Gebühr danckbar.

Und bitten ewre des Herrn poſtulirten F. G. wolte im Nahmen Gottes vollend in die Burg und hohe Stifft-Kirchen zu Halberſtadt / heut verrucken / auch alles was einem poſtulirten zum Biſchoffe zu Halberſtadt nach alter wohlhergebrachter Gewonheit der Kirchen im Einritt gebühret / und abgehandelt / verrichten / dagegen wollen E. F. G. ihre G. G. und Erw. alles was ihnen ob und anliegen / und vor altershero gebracht / auch unterthänig / wie abgeredt / erzeigen.

Wann nun ſolches in der hohen Stifft-Kirchen verbracht / ſo wolten E. F. G. auff den Petershof ſich begeben / und daſelbſt / was GOtt der Allmächtige an Eſſen und Trincken beſcheret / zu gnaden nehmen.

Dieweil dann E. E. Hertzog Julii und der jungen Hertzogen F. F. G. G. derſelben geliebten Söhne / und brüder bißhero einen Fürſtlichen Freundlichen / Väterlichen und Brüderlichen Beyſtand geleiſtet/

heten Straffen und zumahln des Verluſts ihrer Privilegien vor ihrer Kaiſerl. Majeſt. allergnädigſt angeordneten Commiſſion unter gewiſſen Reſervaten bewilligen müſten/E.F.G. in dem alſo genanten poſſeſſorio ſummariiſſimo den Biſchoflichen Wohnungs Sitz bey ihnen nehmen zu laſſen/ ſo wolten doch E.F. Gn. daran nicht vergnügt ſeyn/ ſondern auch den ſolennen Einritt oder Einhohlung begehren/ ungeachtet ſie denen darbey nothwendigen und von undencklichen Jahren hergebrachten Conditionen/ und zu förderſt der Fürlegung des Kaiſerl. Original Lehen-Brieffs nicht gnug zu thun/ ſondern ſie die Stadt mit einem bloſen Indult-Zettel abzuweiſen vorhabens wehren/ und zu dem Ende gedachte Kaiſerl. Commiſſion ſo auff die Reſidenz-Streitigkeit allerunterthänigſt ausgebracht und gegeben/ auch auff dieſe Sache zu extendiren und vor derſelben zu tractiren ſuchten. Wiewohl ſie zwar nun der allerunterthänigſten Hoffnung lebten/ daß Ihre Käiſerl. Maj. Sie wider ihre Privilegien und beſtändige obſervanz nicht benachtheiligen laſſen würden/ ſo were doch höchſt beſchwerlich und ſorglich in ſo klaren und von E.F.G. ſelbſt nicht widerſprochenen/ ſondern nur uff ein vermeintes æquivalent geſetzten Sachen und Berechtigung vor dergleichen Commiſſionen litigiren, und ſich ermüden zu laſſen/ deßwegen unſere gnädigſte und gnädige Herren Principalen und Obern in dero Nahmen durch die bey gegenwärtigen ordinar Reichs Deputation Tage habende Geſandten/ unſere wenige Perſonen/ eine allerunterthänigſte Interceſſion bey J. Kaiſ. Majeſt. unſern allergnädigſten Herren einzulegen/ Sie unterthänigſt unterthänig und gebührend gebethen/ und denn

hoch und wohlgedachte unſere gnädigſte gnädige Herren Principalen auch Obern nach erwogenen der Sachen Umſtänden und beſchaffenheit nicht angeſtanden/ ihnen dißfals zuſtatten zu kommen/ und des wegen an uns Befehl und Instruction ergehen zu laſſen/ wir auch denſelben zu ſchuldigſter folge / dergleichen allergehorſamſte Interceſſion-Schrifft/mit aller unterthänigſter Reverenz verfertigt und albereits überſchickt. Als haben wir der Nothdurfft und der Sachen fürträglich erachtet/E.F.G.davon gebührende Nachricht zu geben / und wiewohln unſere Churfürſtl. und Gräfliche Herren Principalen auch Obern/E.F.G.daß ſie der Stadt wieder das undenckliche bekommen / etwas zuzumuthen und antringen werden/ noch zur zeit nicht bey meſſen / ſondern ſich zu deroſelben eines weit andern alles nehmlichen in dem Stande/wie ſie es bey Antretung dero Biſchoflichen Regierung gefunden/und von dero löblichen Herren Vorfahren im Stifft obſervirt worden / zu erhalten/ unzweiflich verſehen wollen/in erwegung/als oben etlicher maſſen berührten E.F.Gn.nicht verborgen/ſondern/ſo wohl von deroſelben/als dero Bedienten eingeräumet werden / daß iederzeit ein zeitlicher Biſchoff zu Speyer vor dem ſolennen Einritte/ die Kaiſerlichen Original Lehen-Brieffe fürzulegen gehalten geweſen / und von der Stadt unterſchiedene Exempel aufbracht werden / da etliche vorhergehende Herren Biſchöffe ſolcher Condition vermittels Kaiſerl. Indult-Zettel genug zu thun vermeinet/ wie bey Biſchoff Rudolphen/Biſchoff Philipſen/ und Biſchoff Eberharten/vorgeweſen ſeyn mag/von der Stadt aber darein nicht gewilliget/ſondern die Einholung biß zu wahrer Erfüllung der

Præſtan-

Præſtanden unterlaſſen worden/hierüber E.F.G. vor uns wiſſend iſt/ aus was wichtigen Urſachen ein ſolches durch rechtmäſige Gewonheit bey der Stadt eingeführet und hergebracht / auch ſelbſten hochvernünftig zu ermeſſen/ daß in dergleichen Fällen und Sachen die nothwendige/ und erforderte requiſita und præſtanda durch vermeinte æquipollentia ſich nicht erſetzen laſſen / ſondern ſolche exactè vere & formaliter zu præſtiren, und zu effectuiren, zumahln unter einem bloſen Indult und wircklichen Formal und Original Lehen-Brieffe / ratione tertii bevorab / wenn denn an deſſen tenor und Innhalt vorgehender Beſichtigung und Wiſſenſchafft zu conſervation ſeines Rechtens/ ſo mercklichen und hochgelegen ein nicht geringer Unterſchied ſeye / und dißfals ein dergleichen indult inſtar veri æquipollentis eines würcklichen formal Lehen-Briefs nicht conſideriret werden möge/ und wie ſie die Stadt ſich dardurch nur wider alles præjudiz und Nachtheil verwahren / auch alle Gelegenheit mit den Herren Biſchöffen in diſputat und Mißverſtand zugerathen/ möglichſt verhüten wollen/und vor dißmahl nicht ohne erhebligkeit in der Beyſorge ſtehet / daß/ da dißfals wider ihr ſattſam fundirtes befügnis etwas durch bracht / ein hoch præjudicirlicher Eingang/zu ſchwechuug der noch aus den dreyſig jährigen Kriegs-Trangſahlen mit Kummer und Noth/ auch bey zuſetzung alles des ihrigen geretteten und erhaltenen Privilegien gemacht werden dürffte/und über dieſes nicht wohl abzuſehen/warüm E.F.G. vor erlangten Kaiſerl.allergnädigſten Lehen-Brieffe auf ſolchen Einritte ſo hart zu beſtehen / da ſie ſich albereits in der Stadt/ und durch derſelben geſchehene Erklärung ſchon verſichert be-

finden / ſo haben ſie doch E.F.Gn. dieſe Beſchaffenheit wohlgemeinet fürſtellen und ihren Nahmen durch uns gebührend erſuchen laſſen wollen/ ſich dißfals gegen dieſe alte Reichs-Stadt dergeſtalt zu bezeigen / daß Wie E.F. G.bey der dem Stifft zukommenden Privilegien Rechten und Gewohnheiten ohne Eintrag zu bleiben begehren/ alſo auch nicht weniger geneigt ſein/ der Stadt dergleichen manutenenz in Gnaden zu göñen/ und auf mehr erwehnte Einholung ehe nicht/ biß ſie mit dem original Lehenbrief gefaſt/ zu dringen noch die Stadt deswegen vor Kaiſerl. Commiſſionen zu moleſtiren. Solches wie es ohne dem der Billigkeit / Rechten und Herkommen gemäß / und zu erhaltung guten Vertrauens/ und hingegen abwendung aller höchſt ſchädlichen diffidenz uñ nachdenckens dienet/ alſo werdens unſere gnädigſte und gnädige Herren Principalen, auch Obern erfreulich vernehmen/ und hinwieder bey allen fürfallenden Gelegenheiten dahin cooperiren helffen/ daß E.F.G. bey dem jenigen / worzu ſie berechtiget / wider männigliches angehen möglichſt maintenirt werden / und ſonſten gefliſſen ſeyn/ E.F.Gn. allen guten Willen und Freundſchafft/ auch unterthänige Dienſte bezeugungen zu erweiſen/ die Stadt aber wird ſich verbunden halten / es hinwiederum mit allerunterthänigen nachbarlichen Willfahrungen und Dienſten iederzeit zu verſchulden / auch E.F.G. zu aller angenehmer unterthänigen Dienſtfertigkeit bleiben wir willig und gefliſſen. Datum Franckfurth am Mayn den 18/28. Octobr. An. 1655.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-552148-p0039-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-552148-p0040-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-552148-p0041-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-552148-p0042-4

153193

X2615740

L

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-552148-p0043-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-552148-p0044-5

13

I. N. J.

# TRACTATIO
DE
# JURE INTRADÆ,
vulgò
**Einritt/**

O.&S.

AHASVERI FRITSCHI,
J. U. D. Com. Pal. Cæſ. Conſil. aul. & Conſiſt. Schwartzb.

---

JENÆ.
Sumptibus JOHANNIS Bielcken/Bibliop.
1671.

XIII.

10.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-552148-p0045-1